Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ihc hebraice. Sother grece. Saluator latine.
Messias hebraice. xpc grece. unctus latine.

ad l: ad representandū ministeriū ioseph. ī quibusdā ecclesiis qui pro uecte persone ministrant ī natale.

nificentiā cū abstinentia ei indicauit. Concepit aūt elysabet. et occultabat se mensib' quinq;. Mense aūt vi. **De conceptione saluatoris.**

Missus ē angl's gabriel ī nazareth ad mariā uirginē. desponsatā ioseph. Cūq; eā salutata dixisset; eā parituram ihm filium altissimi. quesissetq; ab eo quomodo hoc fieret. cū se nō cognituram uirū in animo uouisset nō d's alit' disponeret addidit angl's nō de uiro s; operatione sp'c sci concepturā. et ī concepisse elysabeth cognatā suā ē indicauit. Permixte enī erant trib' sacerdotalis et regia. Nā et aaron uxorē habuit de iuda elysabeth sororē naasson. et ioiada pontifex iocabeth filiā regis ioram. Et ait maria. fiat m' s'cdm uerbū tuū. Et statim concept' ē xpc de uirgine plen' homo ī aīa et in carne. ita tamen q'd liniamenta corporis et menbrorum uisib' discerni nō possent. Creditur aūt concept' viii. kalendas apl'. et reuolutis xxx trib' annis eadē die mortuus ē.

De ortu precursoris.

Exurgens aūt Maria abiit ī ciuitatē iuda. Juda nomen ē regni ī h' loco nō trib'. Jer'lm enī in tribu beniamin erat. p'qua forte transiuit ad oppidū. ī quo dicitur tunc zachariā habitasse. iiii. miliario a ier'lm et ibi natū iohem. Et legitur ī lib' uiuorum q'd beata uirgo primo eū leuauit a t'ra. Et cū salutasset elysabeth exultauit īfans ī utero ei'. et cū matre dn'i sui. et beatā prophetasset eā elysabet. edidit dn'o maria canticū dicens. Magnificat aīa mea dn'm. et c'. Mansit aūt maria ibi trib' mensib' ministrans cognate. donec pareret. et tunc rediit ī domū suā. Octauo aūt die cū circūciderent puer. et uocarent eū noīe patris sui zachariā. ait mater. Iohs ē nom' ei'. Idipsum scripsit et pat' supto pugillari. Est aūt pugillaris uel tabula que pugno potest includi. uel calami scriptoris. Et apertū ē os zacharie. et prophetans fecit canticū dn'o. Benedict' dn's d's isrl'. et c'. Hec duo cantica nō cantant' ī ecclesia ordine illo q' sūt edita. Prius enī cantatur q'd scd'o ē editū. Quia enī in cantico zacharie legitur. Et erexit cornu salutis q'd factum ē ī resurrectione. q'r loquitur ad puerū qui fuit aurora solis. ideo canitur ī laudib;. Et q'a legitur ī cantico uirginis respexit humilitatē ancille sue. ecclia sc'l'. et ipsi marie. q'd q'dē factum ē in sexta etate. et agit de incarnatione ibi. suscepit isrl' puerum suū. et ideo canitur ad uespas in sexto sc'l'. officio diurno. Tertiū canticū symeonis q'd sequitur. canitur ī vii. officio .i. completorio. quia orat se ī pace dimitti. q'd erit ī vii. quiescentiū. Et q'a hec duo euglica cantica s'cdo stando cantantur. Puer aūt crescebat. et confortabat' sp'u scō. et erat ī desertis locis usq; ī diē ostensionis sue ad isrl'. Reuertens aūt maria nazareth inuenta ē a ioseph ī utero habens de sp'u scō. Et nolens eā traducere ī coniugē. occulte uoluit eā dimittere. In somno aūt amonit' ē ab angelo ut acciperet eā ī coniugē. et ne suspicaretur adulteriū. conceptū puerū de sp'u scō indicauit. Et ut ihm uocaret precepit. quia saluū faceret ipse ppl'm suū a peccatis eorum. Ex hoc cognouit ioseph dn'm nasciturū. q' sol' peccata dimittit. Et accipiens sponsā ī uxorē. cū uirgine uirgo permansit. habuit aūt uirgo uirū ne quasi inuida infamaretur. et ut uiri solatio ministerioq; frueretur. et ut dyabolo occultaretur dei partus.

De descriptione orbis.

In dieb' illis exiit edictū a cesare augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Volens cesar scire numerū regionū ī orbe que romane suberant ditioni. et numerū ciuitatū. ī qualibet regione. et numerū q; capitū ī qualibet ciuitate. precepit ut de suburbanis. oppidis. uicis et plagis. ad suā confluerent homines ciuitatē. et maxime ubicumq; habitarent. ad ciuitatē eō uenirent. unde trahebant originē. et quisq; denariū argenteū precii x. nummorum usualiū. unde et denari' dicebatur. presidi prouincie tradens. se subditū romano imperio profiteretur. Nā et nummus ymaginē preferebat cesaris et suprascriptionē nominis. Et q'a numerus eorum q' censica p'te ferebant. certo determinabatur numero et redigebatur ī scriptis. ideo professio huiusmodi descriptio uocata ē. Hec descriptio prima. facta ē a preside syrie cyrino. Prima dicta ē quantū ad cirinū syrie presidē. Quia enī iudea ī umbilico terre habitabilis esse dicitur. prouisū ē ut ī ea inchoaretur. et deinde p' circumstantes nationes alii presides prosequerentur. uel forte prima uniuersalis. q'r alie precesserant particulares. uel forte prima capitū ī ciuitate fiebat a preside. scd'a ciuitatum ī regione a legato cesaris. tertia regionū ī orbe. corā cesare rome. Hic primū iudea facta ē stipendiaria romanis. Hec descriptio fieri cepit annis uidetur q'r ī ewangelio legitur. Magister uero nō soluit hoc anno tributū. Ascendit aūt et ioseph a nazareth in bethleem. eo q'd esset de domo dauid. ut profiteretur cū maria uxore sua pregnante. Si mulieres profitebantur uingendū ē sic. ut profiteretur cū maria. Si soli uiri.

Marginal notes:

Exodo vi.
ii. paralip. xxii.

Lc. Exodo xxiii.
Vn uidet intelligi sicut illud tu coques hedū ī lacte matris sue .i. nō occides ipsm ī die conceptionis sue.

Luc' nō habem'.

Sic q' dicitur censica p'te ī una dictione tertie declinationis ablatiui casus. et tunc sic exponitur q'a numerus eorum q' ferebant censū capitis .i. referebant censū capitis. .i. ratione capitis. Alii tamen dicunt q'd sint una dictio ī prime declinationis.

Iohs aurora. xpc sol.

Laudes matutine ī memoria dn'ice resurrectionis fiunt. In e q'd nihil alle' ī fine antiphonarum canitur. et ardens sinum resurrectionis desiderium notat. Talis ecclesiis tacetur ī matutinis laudib;. Habita enī resurrectione nichil apl's q' sperant.

Iohes.

Lc. a sponso

Inf. c. Anno quintodecimo

Aliud ē duorum .i. separo. Aliud diuidendum .i. cōpendo. Aliud diuisorium .i. hospitale receptaculum.

ad l:

Luce ii.

Ht.

vt patet Math. xxii.

Lc. a .i. Sedo reg. xxiiii. et a pompeio fit nō uniuersalis.

Lc. .i. ī medio.

Math. xvii. et ē cū uenisset.

.i. singulis annis.

Dū euglīū audim' ita obseruam'. Stam' spe future beatitudinis. que nob' eo promittitur. Discooperta habem' capita. q'a nuda et aperta sūt mystica euglīi. Tacem' q'a nichil eo amplius q'm q'd euglīo nob' promittitur.